



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

6. De ordine rerum credendarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. V.

De Resolutione Fidei.

NB. Ides diuina ex parte obiecti ac motuui for-
 malis, resolutur in authoritatem Dei reue-
 lantis. Credo Deum esse incarnatum, Ecclesiæ defi-
 nientis authoritatem intelligibilem esse, quia prima
 & summa veritas haec nobis reuelauit. Deum autem
 veracem nobis reuelasse, vterius resolui, per fidem
 probari non potest, nec debet, quia principia reso-
 lutionis non probantur sed supponuntur.

Verum in ordine ad nos, revelatio diuina credi-
 bilis, & acceptabilis fit per extrinseca motiva, inter
 quæ vnum ex præcipuis merito censetur authoritas
 & consensus Ecclesiæ, tot seculis, tanto numero ho-
 minum clarissimorum, florentis, item miracu-
 la &c. 362.

NB. Alios alijs facilius moueri ad fidem ample-
 etendam, tum propter maiorem Illustrationem Spi-
 ritus S. tum propter animi sui simplicitatem, quia de
 opposito errore persuasionem nullam concernunt.
 Qua ratione pue i apud Catholicos, ad usum ratio-
 nis peruererunt, acceptant Fidei mysteria, tanquam
 diuinitus reuelata, quia natu maiores & prudentes,
 quos ipsi norunt, ita credere animaduertunt. 362.

C A P. VI.

De Ordine Rerum credendarum.

Inter credenda absolute primum est, quod Deus
 sit. Dicas hoc naturaliter potest cognosci. Resp. I.
 potest cognosci naturaliter, quod Deus sit author
 naturæ, & effector huius mundi: sed haec co-
 gnitio non sufficit ad salutem. Sed requiritur ut a-
 gnosca-

gnoscamus Deum esse auctorem gratiæ & gloriæ,
quod lumine naturali non assequimur , sed superna-
turali.

NB. Habitus naturalis scientiæ & insusus fide de
Deo, si loquamur de naturali obiecto , possunt simul
confistere in eodem intellectu. 362.

Nam qui scientiam acquisitam seu demonstratio-
nem de Deo habet, is nihilominus piè intellectu in-
clinare poterit, cum Dei auxilio, ut Fide etiam diuina
credat, Deum esse authorem naturæ, &c.

2 Assert. II. Inter Speciales articulos Fidei non est
aliquis Ordo simpliciter necessarius ; quia vnu articu-
lus ab altero non dependet , tanquam à formalis
principio & motiuo ; sed omnes præcipue depen-
dent à veracissimi Dei revelatione.

Assert. III. Conuenientior tamen Ordo cre-
dendi fidei articulos est, qui in Symbolo Apostolico
continetur. 1. Mysterium SS. Trinitatis. 2. Incar-
natio verbi ; Missio Spiritus S. Ecclesiæ Catholice
Sanctitas, & infallibilis authoritas. Septem Sacra-
menta, hominisque iustificatio & glorificatio. 363.

3 Assert. IV. Pro Hæreticis illæ fidei proposi-
tiones, & Sacrae scripturæ testimonia, quæ ab ipsis bono
senſu recipiuntur, argumenti loco assumi possunt a
alia quæ ipsis negant , vt pote non quidem per ſe, ſed
ad hominem accommodata. Deinde hæretici maxi-
mè per traditionem conuincendi. Nam licet Scri-
pturam urgeant , non tamen probare ; vnde ipsis
conſter ; Euangeliu[m] Matthæi esse Mat-
thæi , & non Nicode-
mii. 363.